

EDICTUM REGUM LANGOBARDORUM

IN NOMINE DOMINI INCIPIT EDICTUM
 QUEM RENOVAVIT DOMINUS ROTHARI VIR EXCELLENTISSIMO
 REX GENTI LANGOBARDORUM CUM PRIMATOS
 IUDICES SUOS.

Ego in dei nomine hrotarit vir excellentissimus, et septimodecimum rex gentis langobardorum, anno deo propitiante regni mei octavo, aetatisque tricesimo octavo, in ditione secunda, et post adventum in provincia italiae langobardorum, ex quo alboin tunc temporis regem precedentem divina potentia adducti sunt, anno septuagesimo sexto [p. Chr. 643] feliciter. Dato ticino in palatio.

Quanta pro subiectorum nostrorum commodo nostrae fuit sollicitudinis cura, et est, subter adnexa tenor declarat; precipue tam propter adsiduas fatigationes pauperum, quam etiam superfluas exactiones ab his qui maiore virtute habentur; quos vim pati cognovimus. Ob hoc considerantes dei omnipotentis gratiam, necessarium esse prospeximus presentem correre legem, quae priores omnes renovet et emendet, et quod deest adiciat, et quod superfluum est abscidat. In unum previdimus volumine complectendum, quatinus liceat unicuique salva lege et iustitia quiete vivere, et propter opinionem contra inimicos laborare, seque suosque defendere fines.

Tamen quamquam haec ita se habeant, utilem prospeximus propter futuris temporis memoriam, nomina regum antecessorum nostrorum, ex quo in gente nostra langobardorum reges nominati coeperunt esse, in quantum per antiquos homines didicimus, in hoc membrum adnotari iussimus.

Fuit primus rex agilmund, ex genere gungingus.
 Secundus laamiso.

Tertius leth.

Quartus kildeoch, filius leth.

Quintus godeoch, filius kildeoch.

Sextus claffo, filius godeoch.

Septimus tato, filius glaffoni. Tato et winigis filii claffoni.

Octabus wacho, filius winigis, nepus tatoni.

Nonus walthari.

Decimus alboin, ex genere gausus.

Undecimus alboin, filius alboin, qui exercitum, ut supra, in italia adduxit.

Duodecimus clep, ex genere beleos.

Tertiusedecimus authari, filius clep.

Quartusedecimus agilulf, turingus, ex genere anawas.

Quintusedecimus adalwald, filius agilulf.

Sextusedecimus hariwald, ex genere caupus.

Septimusedecimus ego in dei nomine qui supra hrotarit rex. Filius nandinig, ex genere harodos. Nandinig filius nectzo filius adhamund, adhamund filius alaman, alaman filius hiltzani, hiltzo filius ueehiloni, ueehilo filius weoni, weo filius frankloni, frankloni filius facho, facho filius mammoni, mammoni filius usthori.

EXPLICIT NOMINA REGUM.

EXPOSITIO

AD LIBRUM LEGIS LANGOBARDORUM

PARAFRASES HISTORICA. — In exordio huius libri convenit requirenda esse tria: intentio, utilitas, et ad quam partem philosophiae supponatur. Philosophia enim grece, latine sapientia dicitur. Philosophia vero in tribus partibus dividitur: ethica, loyca et physica. Quod sic dicitur: ethica moralis, loyca sermocinialis, physica naturalis. Sed liber ista ethicae supponitur, quia loquitur de hominum moribus. Duas convenit huius libri intentiones requirere: libri et legis. Intentio legis est: «facere homines bonos, non solum metu penarum, sed etiam exhortatione commoveri». — «Nullitas sibi in...». Idonei in sapientia degunt, ut firmiter delicta privatorum agnoscant. «Lex est commune preceptum, virorum prudentium consultum, delictorum quae sponte vel ignorantia contrahuntur coercitio, communis reipublicae sponsio» (Dig. I. 3. 1). «Lex est quod populus Romanus senatorio constituit magistrato interrogante, veluti consule» (Inst. I. 2. 4). «Hortatio, quae in vita microcosmi degunt, non ab antiquis fabulis sanctiones sed ab imperiali imperatore ducunt» (Const. Imperatorum, § 3). «Benignius leges interpretande sunt, ut voluntas earum amplectatur» (Dig. I. 3. 13).

pillos traxerit, componat solidos sex; si baldum aut ministrialem seu servo rusticano per barbas aut capillos traxerit, componat sicut pro ferita una.

Petre, te appellat Martinus, quod, tibi subito surgente et adveniente ira, traxisti eum per barbam aut per capillos. — De torto.

384. De brachio, coxa seu tibia rupta. Si quis homini libero brachium super gubutum, hoc est murioth, ruperit, componat solidos viginti; si autem subtus gubutum, quod est treno, componat solidos sedecim; si coxa ruperit super geniculum, quod est lagi, componat solidos viginti; si subtus geniculum, quod est tibia, componat solidos sedecim. Si vero semus aut clodus fuerit, componat sicut in hoc edictum legitur [cap. 112], quartam partem pretii.

Petre, te appellat Martinus, quod tu rupisti ei brachium super cubitum, aut coxam super geniculum aut subtus geniculum.

385. De mundo puella et devitum. Si mundius de puella libera, parentes mortuos, ad curtem regis ceiderit, et pater vel frater devitum demiserit, in quotam portionem patri vel fratri heredes successerit, ita et devitum persolvat. Similii modo et si naturales filii fuerint.

386. Praesentem vero dispositionis nostrae edictum, — quem deo propitio cum summo studio et summis vigiliis a celestem faborem praestitis, inquirentes et rememorantes antiquas legis patrum nostrorum quae scriptae non erant, concedimus, et, quod pro commune omnium gentis nostrae utilitatibus expediunt, pari consilio parique consensum cum primatis iudices, cunctosque felicissimum exercitum nostrum augentes constituimus — in hoc membranam scribere iusimus; pertractantes et sub hoc tamen capitulo reservantes, ut quod adhuc, annuentem divinam clementiam, per subtilem inquisitionem de antiquas legis langobardorum, tam per nosmetipsos quam per antiquos homines memorare potuerimus; in hoc edictum subiungere debeamus; addentes, quin etiam et per gairethin secundus ritus gentis nostrae confirmantes, ut sit haec lex firma et stabelis, quatinus nostris felicissimis et futuris temporibus firmiter et inviolabiliter ab omnibus nostris subiectis custodiatur.

387. Si quis hominem liberum, casum facientem, nolendo occiderit, componat eum sicut adpretiatus fuerit, et faida non requiratur, eo quod nolendo fecit.

384. Si quis manum aut pedem alterius vulneraverit, quia lex manum in « brachio sub cubito », pedes vero in « coxa sub geniculo » intelligi voluit, ita compositurus est, sicut de brachio sub cubito vel coxa sub geniculo.

Petre, te appellat Martinus, quod tu occidisti patrem suum.

388. Et hoc addimus ac decernimus, ut causae, quae fenitae sunt, non revolvantur. Quae autem non sunt fenitae et a presente vigesima secunda diae mensis huius novembris indictione secunda incoatae aut commotae fuerint, per hoc edictum incidantur et finiuntur.

Et hoc generaliter damus in mandatis, ne aliqua fraus per vicium scriptorum in hoc edictum adibeatur: si aliqua fuerit intentio, nulla alia exemplaria credatur aut suscipiatur, nisi quod per manus ansoald notario nostro scriptum aut recognitum seu requisitum fuerit, qui per nostram iussionem scripsit.

EXPLICIT EDICTO ROTHARITH.

ITEM QUOD GLORIOSISSIMUS GRIMUWALD

REX ADDIDIT DICENS:

Superiore pagina huius edicti legitur ita, quod adhuc annuente domino memorare potuerimus de sincolas causas, quae in presente non sunt adfcte, in hoc edictum adiungere debeamus, ita ut causae quae iudicate et fenitae sunt, non revolvantur. Ideo ego vir excellentissimus grimowald gentis langobardorum rex, anno deo propitio sexto regni mei, mense iulio indictione undecima [p. Chr. 668], per suggestionem iudicum omniumque consensu, ea quae illis dura et impia in hoc edictum visa sunt, ad meliorem statum et clementiorem remedium corrigere et revocare prevedimus.

I. De trigenta annorum usocapione. Si servus aut ancilla per tri-

I. In eo quod haec lex, dicens: « qui per 30 annos domino suo servivit », propter 30 annorum possessionem in servitio semper manere precipit, secundum quosdam ab ultima Astulii lege rumpitur, in qua 30 annorum propter possessionem in servitio teneri prohibetur: sed non est rupta, quia illa de libero pro bonitate sua serviente loquitur, cum huius tantum de servo loquendi intentio sit. Eiusdem quoque dicti secundum alios haec lex a Lotharii capitulo quod est « Si vero aliquis alium ad servitium mallaverit » (Loth. 79) corrumpitur, quia illic legitur, ut ille qui ad servitium mallatus fuerit probando libertatem suam det wadium: sed non est rupta, quia predictum capitulum de tali loquitur, qui in libertatis statu permanebat et ipsum alius ad servitium applicare volebat; haec autem lex loquitur de eo qui in servitio manebat et ad libertatem procla-